

XXXII. De Angelis unoculus.
Angelus es sine luce tu, non sufficit unus
Ut regnes oculus, lumina mille volunt
Centoculus Pastor præsit velut Argus oportet
Proficeret nihil hoc orbis in Orbe Pater.

XXXIII. Pallavicinus.
Pallæ vicinus sed non es forte palato
Purpurei Cætus, huic placuisse iuvat
Atque Pallæ Vicinus eris, procul atq; tiarâ
Non hæc Vicino federe iuncta sedens.

XXXIV. Ranuccius.
Gallia si vanas rursus celebrabit in armis
Ranucci in Solio tutior esse potes.
Nunc inimica nimis vanis ne Liliæ vadant
Omen divertit nomine quod timuit

XXXV. Verissimus de Alincastro.
Tu quamvis inter reliquos verissimus extes
Non fore te Papam, verius esse puto
Odia multa pavit verum verissimus extes
Quomodo conciliet plurima Corda sibi.

XXXVI. Durazzo.
Immiti Durum præragis nomine Patrem,
Mitem gens et qui compatiatur, avec
Cum duro durum, nescit componere murum
Sentiet hic durus pectora dura Patrum.

XXXVII. Barbavigo Episcopus Montis Phalisci
Si dulce attuleris Vinum, de Monte Phalisci
Forsan Germanos in tua Vota trahes
Sed exutore tuo Thetis est coniuncta Lycco
Absit ab humano pectore potus aquæ.

XXXVIII. Cicervs Episcopus Comensis.
Pro Patria quivis pugnabit fortiter inde
Pro Como Cicervs proq; Domo Cicero
Sed vix cantabit Petri de Sede Triumphos
Nec Cicervs Comus, nec Cicerone Domus

XXXIX. Kolonicz.
Cuncta probata placeat, ignoti nulla cupido,
Omnibus ignotus tuq; placere nequis.
Spiritus hic ubi vult spirat, Spiracula montes
Non penetrant, licet huc tu penetrare velis.

XI. Camus Anagramma Musca.